



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

62 Exempla bonorum imitari & per virtutem subditis exemplum fieri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

ibid.) ita tamen breuitati studendum, ne inde obscuritas aliqua oriatur, omittantur necessaria.

Hæc obseruata si fuerint, eloquentia plurimū cum emolumentis, cum ornamentis adferet Magistratui, nec obstant obiecta. Nam ut mores dicentis persuadent, ita hanc simul ad rem necessaria est oratio, nec Orator, nisi vir bonus extiterit, hoc tam augusto dignus est nomine ac titulo. Nec ad ostentationem composita, & à veritate recedens probatur oratio. Contra abusum eloquentiæ adhibendum est illud Aristotelis: *Communio est omnibus honorum generibus, & maxime præstantibus, sola virtute excepta, ut ipsi plurimi abutantur.* Et vsurpandum quod Quincil. lib. 2. c. 17. adfert: *Hoc modo nec Duces, nec Magistratus esse vitales posse, si abusus vsus tolleretur.* Lingua similis est clauo nauis, qui etsi minima sit pars nauis, eam tamen mergere potest.

SIGNVM LXII.

EXEMPLA SEU FACTA PRAECLARA bonorum imitari, & suo viuo exemplo alios ad virtutis amorem inflammare, seu per virtutem civibus suis exemplum fieri.

Exemplo virtutum alijs præluere.

1. *Sec. 1. de Cesarib. c. 7. refert Iulium Casarem, Quæstorem in vltiore Hispania, cum Gades, quæ vrbs hodie Calis malis dicitur, venisset, animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, grauem ex imo pectore duxisset gemitum, & interrogatum gemitus causam, respondisse: O rem indignam, trigesimo ætatis an-*

Vide signū
64. & 76.

no, quem ego nunc ago, Alexander totum orbem subegerat terrarum, & Babylone sese in templum collocarat; ego verò nihil etiamnum ego memorabile, quo viuis gloriam, mortuus famam relinquam.

2. Agesilaum Regem, cum quis interrogaretur per acrem hyemem solo pallio tectus obambularet absque tunica, homo tam prouectus aetatis: Ut, inquit, iuuenes hanc vitæ rationem imitentur, cum exemplum habeant, & extrema senectutis hominem, & Principem. Sapienter admoventur senibus ita viuendum esse, ut adolescentibus habeant rectè viuendi formam: & vulgari imitari libentius, quàm quod à viris principibus conspexerint factitari. *Plut. Sic Cyrus, Xenophontem, moriens extremam iam senectutis, negabat se vnquam sensisse senectutem, etiam imbecilliozem, quàm fuisset adolescentem.* Maxima enim pars incommodorum, ob quam vulgo malè audit senectus, ab intemperantia proficiscitur. *Brus. lib. 6. c. 7.*

3. Dio, *lib. 2. de Audacia*, morem dicitur clarissimo viro *Druso Germanico*, ut omnium virorum illustrium, qui in Italia sepulti erant, monumenta videret, idque eum fecisse, quoties eundem in expeditionem exercitus foret, & ut id faceret, interrogatum respondisse, ideo senectutem monumenta Scipionum, aliorumque Romanorum iam defunctorum, ad quorum, cum in uis erant, conspectum tota contremiscebat, ut prosperam illorum fortunam contemplantis, fortitudinem audaciamque contempleret.

Vide de
Contuicijs,
exemplum
Theodosij.

4. *Marcus Aurelius Imp. ad vxorem scriptum.*

rum prodest lingua virtutes buccinare, si ad opera manus ignava sit. Neque enim iustus dicitur, qui bonus esse cupit; sed qui ad virtutem summo studio & labore contendit. Et: Tantum temporis vitæ honestati impendamus, ut ne proferendo quidem verbo improbo spacium superfit.

5. Antoninus Pius Imp. cum dilabentes ad Christianæ Religionis cultum sentiret gentiles, quod reliquos suo exemplo in officio contineret, dijs assidue sacrificabat, nec vllum sacrificium per vicarium fecit, nisi cum æger fuit. (Iul. Cap.) Præclarum est illud vsurpari à Principe: *Non dicta mea modo milites, sed & facta sequi debent; nec disciplinam modo, sed exemplum quoque à me petere.* (Liu. lib. 7.) Longum certe iter est per verba, breue & efficax per exempla.

6. Franciscus I. Gallorum Rex, ut primùm litteras, à quibus sui Maiores semper abhoruerant, amare coepit, statim secuta nobilitas est, deinde reliqui ordines tanto studio bonas artes conquieserunt, ut nusquam litteratorum extiterit copia maior. *Bodin. Methodi hist. cap. 6.*

7. Carolus V. dicebat: Sicut plerasque solis Eclipfes magnæ rerum mutationes & seditiones sequuntur: ita è Principum vitijs etiam non maximis multa & maxima incommoda ad subditos redundant.

8. Cum Græci dicunt à capite primùm com-
putrescere piscem, indicant principem virum,

C. C. C. C. C.

si turpitudini sese dedat, mox dare labem in plures. Hinc cum *Fridericus Traiectensis* exposcit inter epulas à *Ludouico Pio Imp.* admoneretur, ut absque vilo personarum respectu ius diceret. *Recte mones, inquit, sed & illud à te scire cupis:trum piscem hic appositum à capite, an à cauda*

Vide Barð.
Tom. 9.

stantiore parte, inchoandum respondisset, subtulit ille: Ergo & tu Imp. renuntia prius coniugio, quod contraxisti.

Decet Magistratum subditis, ut auctoritate & virtute præluere. Hoc enim *Moyse* legit ab ijs, qui secum gubernando populo prædebeant: *Date, inquit, viros, quorum conuersatio sit probata.* Deut. 1. v. 13. *S. Basl. Orat. 20. de Principatu* ait: Neceffe est huiusmodi viris magis Magistratus, ac aliorum constituere Duces, & cæteros omnes prudentia, constantia, ac virtute. Et imonia longè anteeant, ut virtutes, quibus præditissunt, communes fiant eorum omnium, quos eos imitantur. Nam ad mores eorum, quos gubernacula tenent, componere se totos ijs, qui parent, solent: ita ut quales duces fuerint, quos etiam neceffe sit eos esse omnes, qui sequuntur. & quales fuerint in Rep. Principes, tales, ut pariter existere solent reliqui ciues. Item quæ admodum si plures pictores vnius faciei formam effingant, omnes imagines similitudinem quandam inter se habebunt, eò quòd ad exemplum vnius pictæ sint: sic etiam multi mores, si ad vnam imitationem respexerint, in omnibus æque vnius vitæ character elucescet. Et in c. 3. *Esaia*: Quis miserabili iugo voluptatum premitur, ac leuatur varijs ac multiplicibus concupiscentijs, seruetur

Cic. 1. de
Offic.

cum sit peccati, inidoneus est, nec accommodus
pbeundo Principatui.

Magistratum corrupti mores totam ciuita-
tem inficiunt, ergo necesse est, vt virtute alijs præ-
luceant. Nec possunt alios iuste reprehendere, &
coercere, cum audiant illud Catonis:

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum

Vt parum prodest in planta facultas produ-
cendi fructum, si desit fructus: ita in Magistratu
parui aestimatur gubernandi Remp. potentia, si
desit virtus. Vtinam animaduertent, se sine vir-
tute nihil aliud esse, quam errantes stellas sine
luce, florentes plantas sine fructu. Decet ipsum
non se bonum præstare duntaxat, (ait Xenoph. i.

Arist. 5.

Pol. c. 9.

Vide sig-

num 28.

Cyr.) verum etiam pro subditis diligentiam ad-
hibere, vt quàm optimi fiant. *Ἀρχοντες ἐπι-
ὄντες αὐτῶν μόνον ἀγαθὸν εἶναι: ἀλλὰ καὶ τῶν
ἀρχοντικῶν ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ὡς βέλτιστοι
ῥέσονται.* Hoc autem assequetur exemplo suo.

Nam populus eum, tanquam in excelsa positum,
ing; clarissima luce versantem, curiosè intuetur,
obseruatque, ad eò vt mille Argos habeat, & di-
ctorum factorumque suorum obseruatores atq;
præcones. Notum est illud Claudiani de 4. Hono-
rij Augusti Consulatu:

Vide

virtute.

28.

Componitur Orbis.

*Regis ad exemplum; nec sic inslectere sen-
sus*

*Humanos Edicta valent, quàm vita Regen-
tis.*

*Mobile mutatur semper cum Principe vul-
gus.*

Nam vulgus (ait Cic. epist. ad Sulpit. lib. 4. epist.
3.) quod

Cc 5

3.) quod

Plin. Blandi-
dissimè iu-
betur, ex-
emplo.

3.) quod exemplo fit, id etiam iure fieri arbit-
tur. Quintil. ait *Declam.* 4. Hæc est conditio Prin-
cipum, ut quidquid faciant, præcipere vide-
tur. Et Plin. in *Paneg. Traian.* Vita Principis oc-
sura est, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, et
hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opor-
et, quàm exemplo. Theodos. Rex ait, (*apud Cal-
siod.* c. 3. var. *epist.* 12.) Facilius est errare natura
quàm dissimilem sui possit Princeps forma-
Remp. Hinc Plin. sic affatur Traianum: (*in
reg.*) cum ipse sis optimus, omnes circa te
les tui effecisti.

* *Esph.* 4.

Cum *Mardocheus* mortem, sibi, ac omnia
Iudæis propositam, multis cum lacrymis de-
cicaretur, eius exemplo Iudæi, quotquot in
regno erant diffusi, ululatu cõplerunt omnia
Saullem, contra scitum Dei, Regi Agag, et
lioribus ouibus, atque pinguioribus arma-
parcentem populus secutus est: (*1. Reg.* 15.)
pietatem *Manassis* maxima pars populi Iudæ
imitatur. (*4. Reg.* 21. 2. *Par.* 33.) Rex *Israhel* (*1. Reg.
seph.* lib. 9. *Antiq.* c. 8.) à pristina religione
facile desciuit, moxque & Principes populi
similem in modum deprauati sunt, adeo ut
antiquius haberent, quàm iuris & iustitiam
receptum. Ut & *Lactant.* lib. 4. *Instit.* de *lib.
queritur: Quoniam mores ac vitia Regum
genus obsequy indicatur; abiecerunt omnia
tatem, ne exprobrare scelus Regi viderentur,
viuerent, &c.*

Vide de
Peccatis su-
34.

Quare si Magistratus dissolutum habet
pulum, de se conqueratur: aut enim à sua
gentia, aut à se necessario vitia inhaerere
portet. Nam, teste *Damasceno de S. Basiliano*

Huiusmodi Principatus atque Imperij natura est, vt semper subditi ad eos, qui rerum potiuntur, sese componant, eaque amare ac consecretari solent, quibus Principem delectari sentiunt. *Alphonsus Arag. Rex* dicebat, eos, qui alijs præstant, tanto privatis hominibus meliores esse oportere, quanto honoribus & dignitate antecellerent. (*Panor. lib. 6. de gestis Alphonsi.*) Sentiens tum demum subditorum mores rectè formari posse, si hi, quibus Reip. gubernatio commissa est, vitæ inculpatæ exemplo præcedant, & viuum sine herbae quædam ad solis motum, ita populares semper vertuntur atque conformantur ad Principum mores. Rectè ergo *Egesippus 2. de Excidio Hieros. cap. 5.* ait: Sicut boni Principis vitæ probitatis quædam præscriptio, & per vniuersos viuendi forma est; ita Imperatoris colluctio lex flagitiorum est.

Imp. Basilius ait ad filium: Qua fronte eos, qui tæz dominationi subiecti sunt, ad pudicitiam, ceterasque virtutes seruandas cohortaberis, si eas ipse non seruaueris? Nam quæ facientem te viderint, eadem quoque permitti sibi facere interpretantur: solent enim ad exemplum Principis mutari subiecti.

Est Magistratuum vitæ instar speculi, quod quotidie subicitur intuendo, sese ad instituta atque mores ipsorum conformant, siue iij probi sint, siue mali. Et vt solis defectio magis oritur motuum plerumque argumentum trahit: ita Regum errores, etiam mediocres, magnam rebus humanis perturbationem adferre solent, dicitur, vt supra dixi, *Carolus V. S. Ambr. ait 2. de Offic. r. 12.*

Qui

Qui consilium dare volet, alienam à vitijs cultu
 dire debet prudentiam, quia nihil inquinatum
 incurrat in illam. Quis in cœno fontem requirit
 quis de turbida aqua potum perat? quis vult
 iudicet causâ alienâ, quem videt inutilem
 suâ? quomodo potes eum iudicare consilio
 periore, quem videas moribus inferiore?
Augustus Caesar, Orat. in Anton. apud *Dion. lib. 47.*
 fieri non potest, vt qui probrosam & voluptu
 riam vitam traducit, viro aliquid dignum
 consulat, vel agat. Et *Sophocles* in *Oedipocro-*
nicam in mentem Bona consilia non cadunt. Eri
 nes in primis ad alta ista spectant oculos, de
 exempla sibi suis inde moribus sumunt. *Sallust.*
 Qui magno imperio præditi, in excelsis
 agunt, eorum facta cuncti mortales nouere.
 maxima fortuna minima licentia est. Quare
 regulam maximè rectam esse oportet, ad qua
 cætera diriguntur, sic Magistratum. Es, vt in
 moribus grauilissimus est morbus, qui à capite
 funditur: sic qui ab illo. *Alexander Magnus*
 uice leuiter incurua & panda fuit, quod certis
 proceres & aulici imitati, quasi ipsum sic
 gentes. Luxus in conuiujs, veste, suppellectile
 familia ad *Vespasiani* tempora nimis Roma
 luit, nec vel legibus potuit coerceri: at *Statio*
 lo Principe, sponte exoleuit, causa in *Tac-*
Annal. Præcipuus adstricti moris auctor *Ves-*
fianus fuit, antiquo ipse cultu victuque:
 quum inde in Principem, & æmulandi amo
 lidiora quàm poena ex legibus & mecus.
 Mali Magistratus lapidem ponunt, in que
 lij impingant, ipsimet sic effecti *Lapis offensus*
petra scandali. (1. Pet. 2.) *S. Gregorius* autem

in Pastor. Qui in conspectu populi malè viuit, quantum in illo est, eum, à quo attenditur, occidit; quanto igitur grauius, si is etiam imitetur? Caveat igitur Magistratus, ac audiat proverbium illud antiquiss. & grauiss. ἄλλωμ' ἰατρὸς, αὐτὸς δὲ αὐτῷ ὄφθαλμῷ: alijs Medicus, cùm ipse vlceribus scateas, aut illud: ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἀρχεται: piscis à capite scetera incipit, hoc est, contagione Magistratus reliquum vulgus inficitur.

SIGNVM LXIII.

EXPERIENTIA MVLTARVM
rerum ornatum esse.

*Experientia
rerum in-
struētā esse.*

Demades, optimè in Rep. versatus, cùm aliquando interrogaretur, quem in sapientia querenda præceptorem habuisset? *Tribunal*, respondit, *sibeniensium*: existimabat enim in foro, & in rebus agendis experientiam quauis institutione Philosophica potiorem esse. Certè, qui sua decoxerunt, re quidem opitulari non possunt; at tamen consilio iuuant alios, ne profusiores sint quam oportet: & qui diu eum tenaci morbo collectari sunt, optimè commonstrant alijs, quomodo vel vitari malum vel sanari queat: & qui fregerunt nauim, soluentibus ostendunt vitanda pericula.

Tassus Harmonius interrogatus, quidnam in civili vita præ cæteris esset sapientius? respondit, experientia: acies enim ingenij eruditione quidè acuitur & expolitur; at vis agendi multis experientis rerumque tractatione. *Stob. ex Plur.*

Hire